

ad ecclesiam beate Marie virginis Skæningensem et alter ad claustrum monialium ibidem perpetuo deuoluatur. De quibus siquidem attungis octo thyniones anone vel secundum quantitatem seminis pro pensione dicta afgyeld, dum eos pro vsibus meis retinuero, rectori et prouisori eiusdem domus annuatim assignabo. In cuius donationis et assignacionis testimonium sigillum discreti viri Rödcheri Hennicoson vna cum meo proprio presentibus est appensum.. Datum anno Domini m^occc^ol^oii vigilia pasche.

På baksidan: De duobus attungis in Blekstorp et vno agro dicto Flaat circa Jönissatorp.

Remsorna efter de två sigillen kvar.

4803.

1352 April 13.¹⁾

Örebro.

Hemming Hemmingsson ingår ett jordaskifte med Riseberga kloster.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presentes litteras inspecturis seu audituris Hemingus Hæmingsson salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognosco me commutacionem quandam prediorum cum conuentu Risæbægensi(!) fecisse in hunc modum, quod conuentus Risæbærgensis dimiserat mihi predia sua, Nææs dicta, in parochia Kiil terre Vermælandie cum omnibus adiacenciis infra sepes et extra, prope vel remote positis, quomodolibet circumquaque prenominatis, et ego dimiseram sibi bona mea predialia, Wal dicta, modo simili sine omni calumpnia et controuersia iure perpetuo possidenda, alienata a me meisque heredibus ratione possessionis predia predicta, prediis vero Nææs cum predictis attinenciis mihi et meis heredibus in perpetuam possessionem liquide assignatis, addita tamen quadam condicione, quod ipsi conuentui ad emendam in triginta marchis denariorum vel duabus lestis annone veraciter obligor per presentes. Datum Ørabro anno Domini m^occc^ol^oii sexta feria post pasca sub sigillis discretorum virorum domini Nicholai de Thingualdum, canonici Scarensis, Haraldi vicelegiferi Vermalandie, Nicholai Giæddu, Bryniulfi Bøkøløff et Magni Ionson vna cum proprio presentibus apponendis.

På baksidan: Littera de Næs et Wal.

Sigill: n. 1—4 borta, sigillremarna kvar; n. 5 (fyrdelad sköld utan hjälm): s' . . MING. HÆMI . . s'.

4804.

1352 April 18.

Åbo.

Biskop Hemming och domkapitlet i Åbo stadga, att ingen präst utan biskopens och domkapitlets tillåtelse får lämna stiftet.

Registr. Eccles. Aboens., fol. 88.
Tryckt hos Hausen, Åbo domkyrkas Svarbok, s. 97 f.²⁾

Ne pro defectu clericorum Deus honore debito et ecclesie dyocesis Aboensis congrvis seruiciis defraudentur, nos Hemingus, Dei gracia episcopus Aboensis, et

¹⁾ Till 1352 april 9 torde rätteligen höra den DS 4656 tryckta urkunden. Se HU 3, s. 105.
²⁾ Varianter i Skokl. Cod. Ab.; se Hausen, l. c.